



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 111. Scholæ in Parisiensi Jesuitarum Collegio inchoatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. personalem, unde ejus Discipuli *Ubi-*
A.C. 1564. *quistæ* appellabantur.

§. CXI.

*Scholæ in Parisiensi Jesuitarum
 Collegio inchoatæ.*

*Sacchini hist.
 Soc. Jes. l. 8.
 n. 78.*

*Thu l. 37.
 Argentre
 Coll. Jud.
 de novis er-
 ror tom. 2.
 p. 345.*

Mense Augusto hoc anno Domini
 millesimo quingentesimo sexagesi-
 mo quarto Jesuitæ, cum suam societa-
 tem in Galliis approbatam cernerent,
 adibant Julianum San-Germanum tunc
 Parisiensis Universitatis Rectorem, qui
 proprio suo motu Facultate haud con-
 sulta die decima nona Septembris illis
 diploma concessit, atque eosdem sub
 privato Rectoris sigillo Universitati ag-
 gregavit: Itaque harum literarum au-
 ctoritate freti Collegium suum, quod
 Claromontanum Societatis Jesu Colle-
 gium appellabant, aperiunt, eratque i-
 stud ingens domus, quæ vulgo Lingo-
 nensis Curia vocabatur, in platea san-
 cti Jacobi sita, quam anno priori ab E-
 piscopo Claromontano Prati Cancellarii
 Filio, qui pia legata fecerat, emerunt,
 ibidemque hoc anno die prima Octo-
 bris scientias publice tradere cæperunt,
 ubi primos Professores nominarunt Mi-
 chaelem Vanegium pro humanioribus
 literis, Joannem vero Maldonatum Phi-
 losophico studio præfecerunt, schola-
 rium quamplurimis mox eo confluen-
 tibus.

tibus. Ceterum Maldonatus natione Hispanus, ac Fontanæ-Magistri exiguo Extremaduræ oppido natus, priusquam Lutetiam Parisiorum avocabatur, Dominici Soti Dominicani, & Francisci Toleti Jesuitæ Magisterio usus Salmanticæ studiis non sine profectu operam navabat. Ceterum Jesuitæ vix prælectiones suas incipiebant, cum illico vexationes recrudescerent; quippe Joannes Prævotius, qui currente Mense Octobri in Rectoris munere Juliano San-Germano succedebat, omne scholarum exercitium eidem interdixit, donec luculenter demonstraissent, quo jure literas tradere aggressi essent. Editum erat hoc edictum die vigesima Octobris.

Sæcul. XVI.
A. C. 1564.

§. CXII.

Quædam Simonis Vigoris propositiones examinatæ.

Die secunda Martii hoc anno Parisi-
næ Facultatis Theologicæ Depu-
tati, quibus res fidem concernentes dis-
cutiendi cura erat demandata, con-
ventum celebrabant, ut quasdam pro-
positiones a Simone Vigore ejusdem
Facultatis Doctore in quodam sermone
enuntiatas ad examen vocarent: accu-
sabat enim is hæc proposuisse I. Ba-
ptismus collatus ab Hæreticis, & ma-
xime a Calvinistis non prodest ad sa-
lutem.

Argent. l. c.
p. 340.